

ut semper interea dicitur ut sit eumors sine morte defectus sine defectu;  
 Non uidebitur id est non intellegit in certam id est dampnationem suam  
 obturatum habent eorum propter inpenitentiam suam; Cum uero se pientes  
 morientes; dicit ille talis cum uideat equaliter omnes & malos &  
 bonos mortis laqueo rapi; Quid dicit inquit illi tali iusto sua scien-  
 tia quid suscepta geruntia quid castitatis obseruancia cum similitu-  
 atque eorum moras rapiatur unco; & sepulera eorum domus illorum in-  
 ternum eorum id est diuicum; Sepulera domus eorum id est requies  
 sunt in eternum id est tam operose & accurate sibi sepulera con-  
 struunt mausolea altissima ex auro & gemmis edificant quasi  
 in eternam memoriam adquirant; atque in eos se beatos putant; Hesci-  
 entes omnia humana arte fabricata quandoque dissoluenta;  
 Tabernacula eorum in progenie & progeniem id est sepulera eorum  
 permanere post eos in multas generationes; Vocauerunt nomina eorum  
 in terris; Filii scilicet eorum bonis se distendentes & gloriantes  
 inique sibi ab eis relicta sunt; Beatificant eos & laudant dicen-  
 tes felices & sapientes fuisse qui talia adquirere potuerunt; Sive  
 etiam uocauerunt nomina sua in terris id est ephitaphia & cau-  
 los aureos in quibus memoria nominum eorum per multos annos futu-  
 re generationis consistere possit; Homo cum honore esse non intellegit;  
 Honor hominis fuit quod ad imaginem & similitudinem creatoris  
 conditus fuit; Ornauit eum enim sapientia ratione & intellectu;  
 Fecit eum etiam bonum iustum & sanctum sicut ipse est bonus iustus & sanctus;  
 Cum honorem tunc homo ad am similitudinem non intellegit; quando  
 auctori & datori gratiam non habuit; Sed in superuasionibus  
 diabolicis obtemperans se similitudinem fieri uoluit; Sed quando su-  
 pra se ascendere uoluit tanto infra se deorsus est; Comparsit: